

Variatio essentialis, & substantialis tam in materia, quam in forma sacramentum irritat, non tamen accidentalis 1. 114. Vide Sacramentum. Verba, quo sensu dicantur forma sacramentorum novae legis 1. 59. & seq. verba ad baptismi formam necessaria 2. 29. & seq. verba in consecratione corporis Christi essentialia, & necessaria 3. 316 essentialia, & necessaria in consecratione sanguinis 3. 154. verba, vel signa consensum contrahentium exprimentia sunt forma sacramenti Matrimonii 7. 53. & seq. Vinculum Matrimonii inter Coniuges quid importet 7. 4. & seq. est in dissolubile 7. 8. & seq. Vide Matrimonium. Vinum solum de vite est materia apta ad sanguinis Christi consecrationem, & nullus alter liquor est materia sufficiens consecrationis 384. Vide Eucharistia. Virtus adaequate dividitur in theologiam, & moralem 5. 45. moralis virtus in virtutem ad se, & ad alterum. ibidem. virtutis iustitiae tres sunt conditiones. ibidem. iustitia alia perfecta, alia imperfecta. ibid. omnis virtus appetitiva habet peculiaris dictamina in intellectu, quaedam naturalia, quaedam revelata 5. 57. Unctio extrema est verum, & proprium novae legis sacramentum 6. 1. & 2. ex quo scriptura loco id deduci debet 6. 4. fuit à Christo immediate institutum 6. 11. & post resurrectionem, quando Io. 20. instituit Penitentiae sacramentum 6. 14. eius definitio assignatur 6. 19. eius materia remota est oisium ab Episcopo benedictum 6. 21. eius materia proxima est unctio 6. 22. quomodo oleum etiam balsamo mixtum possit esse valida huius sacramenti materia 6. 24. per quod differt hoc sacramentum à Confirmatione 6. 25. benedictio olei est necessaria de necessitate sacramenti, & non tantum praecipue 6. 27. discrimen inter benedictionem aquae in baptismo, & olei in hoc sacramento 6. 29. ex dispensatione Summi Pontificis potest hae benedictio simplici Sacerdoti committi 6. 31. hae benedictio certum ritum, & formam verborum non requirit 6. 32. quantum sit forma huius sacramenti 6. 33. forma deprecatoria est sufficiens ad huius sacramenti validitatem 6. 34. probabile est etiam formam indicativam esse sufficientem 6. 36. sed probabilis oppositum 6. 37. quae verba in forma huius sacramenti sint de essentia, & quae tantum de praecipuo 6. 38. qui ritus observari debeat in hoc sacramento percipiendum, & quot unctioes requirantur 6. 42. & 43. unctio renium, & pedum non est de necessitate sacramenti 6. 45. nec etiam quinquaria sensuum unctio videtur de essentia huius sacramenti 6. 47. possunt quinque sensus inungi sub una tantum forma. omnibus partibus formis aequivalente 6. 48. probabile est, in casu necessitatis unam sufficere unctioem, & sub una forma omnes sensus exprimentem 6. 49. materia proxima huius sacramenti debet esse certa, & determinata, non vaga, & confusa 6. 52. hoc sacramentum est unum unitate specifica, ac etiam numerica 6. 54. est unum unitate integritatis, non indivisibilitatis 6. 56. hoc sacramentum in variis infirmitatibus iterari potest, non in eadem 5. 59. quando, & quomodo in eadem etiam iterari possit 6. 60. Unctiois extremae effectus quinam sunt 6. 61. & 62. tres sunt huius sacramenti effectus 6. 64. quid sit intelligendum nomine reliquiarum peccati 6. 66. robotare animum infirmi contra tentationes non est effectus principalis, & primario intentus 6. 67. sed est remissio finalis venialium 6. 68. talis effectus ab hoc sacramento causatur ex opere operato 6. 70. quae dispositio requiritur ex

parte suscipientis ad illum consequendum, ibidem. potest etiam mortaliter remittere invincibiliter ignorata per accidens, & sensualiter 6. 71. & hic etiam effectus certior est in hoc sacramento, quam in reliquis vivorum 6. 74. cur reatus poena temporalis hoc sacramento non remittitur 6. 78. cur hoc sacramentum existenti in periculo mortis violento non ministratur, ibidem. gratia non confertur in hoc sacramento per unctioem, quae sit ultima ex intentione Ministris 6. 88. neque quando Unctioes faciende completae sunt, vel si omnes non sunt faciende, quando ultima ex faciendis perfecta est 6. 90. neque praecipue per ultimam ex quinque Unctioibus 6. 91. neque praecipue per primam 6. 95. sed per singulas unctioes dantur singuli gradus, & portiones gratiae 6. 96. quando hoc sacramentum tribuat corporis sanitatem 6. 100. solus homo viator, & baptizatus est subiectum huius sacramenti capax 6. 104. debet etiam esse adultus, & usum rationis habens 6. 105. & si de facto illum non habeat, sufficit, quod aliquando habuerit, nec obicem posterit 6. 109. ac perpetuo amotes hoc sacramentum suscipere nequeunt 6. 111. ad valorem huius sacramenti sufficit, quod moribus puerum probabiliter pecculosus, licet re ipsa non sit talis 6. 114. b. Virgo non fuit huius sacramenti capax 6. 115. ad valorem huius sacramenti requiritur, quod ejus subiectum aliquando actualiter peccaverit, licet actu peccatum non habeat 6. 117.

Unctiois extremae susceptio non est de praecipuo, sed tantum de consilio 6. 120. ante susceptionem huius sacramenti Confessio, & Communio praemitti debent 6. 124. facta praeparatione per Confessionem, & Communionem ad hoc sacramentum recipiendum non est necessaria ulterior dispositio positiva, sed sufficit negativa, id est, non ponere obicem 6. 125. solus Sacerdos est huius sacramenti idoneus Minister 6. 127. & quilibet Sacerdos potest valide illum administrare 6. 129. non tamen licite, nisi in extrema necessitate, vel de proprio Pastoris licentia saltem tacita 6. 130. quomodo possit hoc sacramentum valide à pluribus confici 6. 132. non tamen consecrari licite 6. 138. Parochus ex iustitia, & praecipuo ad mortale obligatus tenetur hoc sacramentum suis subditis ministrare 6. 139. alius vero Sacerdos non nisi ex motivo charitatis, & sub venialiter 6. 141. quando Parochus tempore pestis cum periculo vite teneatur hoc sacramentum administrare, & quando non 6. 144. & 145.

Votum Castitatis duplex, aliud simplex, aliud solemne 7. 436. quoniam differentia sit inter haec vota 7. 437. non differunt essentialiter, sed tantum accidentaliter ex iola Ecclesiae constitutione 7. 438. Solemnitas voti continentur in quo consistat 6. 441. Pontifex dispensare potest in voto solemnium castitatis, & Religionis 7. 510. non tamen haecere potest, ut sine tali voto status Religionis permaneat 7. 512. votum solemne professionis est impedimentum divinis 7. 436. quo iure votum solemne matrimonium irritet 7. 439. Vide Impedimenta Matrimonii.

Ufus Matrimonii ad quem finem exerceri debeat, ut sit licitus, & honestus 7. 509. quomodo, & quando fiat illicitus 7. 540. & seq. Vide Copula conjugalis.

Uxor quomodo reputari poterit, & quae ratione in lege Moysaica 7. 179. quomodo, & quando negare possit viro debitum conjugale 7. 543. & seq. quomodo, & quando possit à viro adultero divortium facere propria auctoritate, non expectata iudicis sententia 7. 567. Vide Divortium.

FINIS.



# DISPUTATIO PRIMA DE SACRAMENTIS IN GENERE.

## QUESTIO PRIMA.

De natura, & essentia Sacramenti in genere.



Obi quam Subtilis Doctor cum Magistro in tertio Sententiarum libro egit de Christo, qui est causa, quae nobis justificationem meruit, & dona omnia, quibus ad vitam aeternam consecutionem juvamus; in hoc quarto Libro deinceps tractandum assumit de causis instrumentibus, quae Christus adhibuit ad nos justificandos, perficiendos, & ad juvandos ad eandem beatitudinem adipiscendam; quae quidem instrumentales causae communiter in Ecclesia à Patribus, & Conciliis Sacramenta vocantur; Hoc autem, Sacramenti nomen apud Latinos idem significat, quod apud Graecos nomen *Mysterium*, unde haec nomina, tanquam synonyma haberi solent, ut patet ex illo Ap. 17. *Et in fronte ejus scriptum mysterium, & ego ostendam tibi Sacramentum mulieris*: Quae vis autem hoc Sacramenti nomen plures habeat acceptiones, ut hic omnes penè Auctores referunt: tamen in Ecclesia usurpatum fuit ad significandum certum quendam quendam sensibilem, & aliquam sanctitatem conferentem; Quod si sacramentum sit novae legis, significat, & confert sanctitatem perfectam; & quidem talis sanctitas signum non semel in Scriptura nomine sacramenti appellatur, ut patet ex verbis Apostoli ad Ephes. 5. ubi matrimonium appellat, *Sacramentum*. Ex quo loco satis evidenter constat, haereticos nostri temporis temere, & sine fundamento hanc Sacramenti significationem reicere, & valde inerte obicere, quod hoc nomen sacramenti sit novum, & à tempore tantum Magistris Sententiarum in usu positum apud Catholicos, cum anterioribus saeculis nulla de tali nomine mentio habita fuerit. Constat enim ex dictis, hoc nomen antiquissimum esse, & frequenter tam in Scriptura, quam à SS. Patribus usurpatum, ut hic passim Theologi ostendunt, nam D. Aug. sapientissime hoc utitur nomine, ut patet l. 2. de *Doctrina Christiana c. 3. ep. 117.* ad Januar. S. Hieronym. Malachie 1. Ezech. 49. & Matt. 28. Tertullianus contra Marcionem cap. 20. Lactantius Firmianus lib. 3. de vera sapientia cap. 30. Ciprianus l. 2. c. 2. & 3. & alii passim; & hoc nomen ad praesens institutum magis aptum esse non poterat, quia sacramentum dicitur quasi, *Sacrans mentem*.

## ARTICULUS PRIMUS.

Traditur, & explicatur definitio Sacramenti.

Plures, & variae solent sacramenti, ut sic, definitiones afferri, quae tamen omnes, si bene intelligantur, & explicentur, vel in unam coincidunt, vel saltem ex illis vera, & integra sacramenti definitio colligi potest in ea acceptione, qua hic sumitur, ut enim inquit Doctor 4. d. 1. q. 2. in calce, quod una definitio non exprimit, alia exprimit, ut sic ex omnibus colligendo, quod sparsim invenitur in singulis, possit haberi una definitio completa, qualis definitioem colligit, & assignat ipse, *q. cit. art. 2. l. 1.* dicens, quod sacramentum est signum sensibile gratiam Dei, vel effectum eius gratitudinis, ex institutione divina efficaciter significans, ordinatum ad salutem hominis Viatoris: Alii vero ita colligunt, & describunt, quod sacramentum est signum sensibile institutum à Deo ad conferendum ex opere operato gratiam sanctificantem infallibiliter homini disposito, cui offeratur, quae etiam definitio in idem incidit, & parè, vel nihil differet à precedenti. Sec. tradita, quae hic per singulas particulas est declaranda. *Meld. in Quart. Sentent.*

Primo itaque sacramentum dicitur, *signum*, quod sumitur ex scriptura, nam Genes. 18. Circumcisio, quae inter veteta sacramenta erat praecipuum, dicitur, *signum foederis*, & ad Rom. 4. *signaculum iustitiae fidei*, & c. 6. appellatur Baptismus signum sepulture, & resurrectionis, & c. 1. Corinth. 1. Eucharistia dicitur signum passionis, & mortis Christi, sicque passim appellatur à Patribus. Definitur autem signum ab Aug. lib. 2. de Doctrina Christiana c. 1. esse illud, quod praeter speciem, quam interit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire, quae definitio jam explicata est t. p. Inst. Logic. signum autem non solum dici potest in ordine ad cognoscendum, quo pacto praefertur in ibi sumitur ab Aug. de etiam ad faciendum id, quod significatur; imo modo dicitur signum cognoscendum, quod quidem supponit res, sed veritates significandas, & tantum facit, ut ab aliis cognoscantur, quomodo haeredit dicitur signum vini venalis, nomina rerum, sumus ignis &c. Secundo modo dicitur signum illud, quod non supponit, sed facit, ut sint res significatae, quo pacto signa dicuntur illa, quando inter aliquos convenit, vel ex pacto suo, vel ex mandato superioris, ut dato tali signo certa quaedam operatio fiat; Quando itaque sacramentum dicitur signum, non debet haec prima particula pro merito signi cognoscendi accipi, quasi negando, vel excludendo signum faciendi, sed potius accipi debet in communi, ut consequenter per alias sequentes particulas determinetur, quoniam modo sacramentum sit signum.

Secundo sacramentum dicitur, *signum sensibile*, & ratio est quia debet esse signum ipsis hominibus, qui non nisi per sensus in cognitionem ducuntur; & quidem certè est omnia sacramenta à nova, quam vetera esse signa sensibilia, talia namque esse debebant ad congregandam, & regendam Ecclesiam visibilem, & ut essent apta, & proportionata ad significandum hominibus. Difficultas tamen est, an esse signum sensibile ita pertineat ad essentiam Sacramenti, ut repugnet institui in re pure spirituali. Et quidem partem negativam tenent quidam Nominales cum Oham, quorum fundamentum est, quia potest Deus signum merè spirituale, & intelligibile instituire, quod significaret, & conferret gratiam sanctificantem ex opere operato, sicut sacramenta sensibilia novae legis de facto faciunt. Confirmatur, quia de facto contritio in sacramento penitentiae, Christus in Eucharistia, consensus contrahentium in Matrimonio, non sunt res sensibiles, & tamen praesentia sacramenta.

Verum, quamvis potuisset Deus signum merè spirituale instituire, statuendo, verbi gratia, quodcumque Angelus, vel homo certum quendam actum spirituale, & eliceret, gratiam esse conferre ex opere operato, sicut de facto adhibet contritionis remissionem, promittit peccatorum, & aliis actibus interioris meritoris gratiam argumentum ex opere operantis; ad huc tamen sacramentum non esset eo modo, quo nunc est institutum, & supra in conclusione descriptum, quia non esset signum sensibile, sed esset Sacramentum, prout significat tantum signum ex opere operato conferens gratiam sanctificantem, in quo sensu nulla est difficultas; Quare est ad positionem alicujus rei spiritualis factus; Quare est ad conferendum gratiam Sacramentum humanum non esset, ut modo institutum est, sed potius Angelicum, quia homines ad cognitionem non juvaret; Quod verum esset, etiam si Deus hominem elevaret ad tale signum percipiendum, siquidem illa elevatio praeparaturatam hominis esset; unde signum spirituale, & sacramentum, ut modo institutum, conveniente solum in significatione gratiae; differret autem in qualitate significationis, quae etiam est de ratione Sacramenti strictè sumpti, ut modo institutum est; Atque ita licet de ratione sacramenti, ut abstractis ab humano, & Angelico, non sit esse sensibile, est tamen de ratione Sacramenti homini ex anima, & corpore constanti accommodati, ut enim inquit Do-

hor loc. cit. sacramenta modo instituta sunt, ut signa protestativa Christianae Relig. qua debent esse sensibilia, ut Christianam Religionem humano modo fecerat ab aliis scilicet, ita habet q. 3. d. 8. 5 Ad Confirmationem possit in primis negati antecedens nam Sacramentum Eucharistiae non consistit in corpore Christi, siquidem hoc est signatum, & non signum, sed consistit in speciebus consecratis, corpus Christi sibi significans; Neque obicitur est pars intrinseca Sacramenti penitentie in eo rigore, quo Recentiores opinantur, ut inferius suo loco patebit; Sed quicquid modo sit de hoc, dicendum est, contritionem absolute per se sumptam, non esse partem Sacramenti penitentie, sed quatenus sit sensibilis per externa signa sensibilia, tatione nimirum confessionis, & exterioris signi compunctionis; sic etiam dicendum de consensu contrahentium in matrimonio, hic enim manifestari debet per signa exteriora, voces, vel nutus, & sic tandem corpus Christi, si est pars sacramenti Eucharistiae, hoc ei non covenit, nisi quatenus sit sensibile ratione specierum panis, & vini, mediis quibus manducatur, & bibitur: Quamvis ergo etiam de facto aliqua pars facti non esset per se sensibilis, & immediate, tamen absolute loquendo totum sacramentum, prout de facto est institutum, omnino est signum sensibile, eo modo, quo homo absolute dicitur sensibilis, quamvis consistat anima spiritalis, quae non est per se sensibilis; Et haec est communis opinio Nostrorum, & Recentiorum ferè omnium, ut est videre apud Fabrum, Aretinum, Hiquem, Poncium, Radam, Bencarium, Centium, & alios Nostros.

6 Quando ergo dicimus, Sacramentum in genere signi constitui, intelligendum est de signo humano, atque ideò de signo sensibili, quod pro tanto humano dicitur, quia huic mater congruit cognitio, quae ex sensibilibus hauritur; ex quo sumitur prima congruentia, ob quam sacramenta in rebus sensibilibus sunt constituta, ut notat Rada 4. part. contr. 1. ar. 1. quia enim homo ex rebus sensibilibus ad intelligibilia conceptanda deductus, ideò valde congruum fuit ipso exteriori, & sensibili Religiosis cultu internam significari sanctificationem, qua ratione Chr. homil. 60. ad populum ait, *in corpore vestris incorporata dedisti tibi ipse dona, nunc autem qua conspiciuntur est corpori anima tua, sub sensibilibus tibi intelligenda tradit.* Ex quibus verbis Rada alteram quoque deducti congruentiam, cum enim homo anima, & corpore consistit, non satis fuit, ut corde crederet, nisi etiam adibus corporis suam fidem profiteretur, ipsi fide Deum crederet, & cum mente, & corpore Deum offenderet, congruum fuit, ut per corpora sacramenta curaretur, & sanctificaretur. Tertiam tandem quoque addit congruentiam jam ex Doct. loc. cit. insinuat, quia cum homines naturali ratione ducti in unum populum congregarentur, ita per Christum in unum Ecclesiam visibile per aliqua sensibilia signa, & sacras caeremonias deberent uti ad Deo debitum cultum exhibendum, ut sic Christiana Respublica a ceteris seculis fecerit.

7 Tercio dicitur signum efficaciter significans, ut ostendatur, Sacramentum non esse puri signum cognoscendum, sed etiam faciendum, quod significat, quia factum, ut inquit Doct. loc. cit. sunt signa practica gratiae, & non tantum speculativa; unde per hanc particulam insinuat, quod non solum significat, sed etiam causant gratiam; speculativum autem signum significat solum, sui significatum esse, nec ulli respectu ipsius habet rationem causae, quare est solum signum cognoscendum, non vero faciendum, & hoc pacto linguae igneae, quae supra Apostolos in die Pentecostes apparuerit fuerunt signa ad ventum particularis Spirit. sancti ad ipsos; Et per hanc particulam distinguuntur sacramenta nove legis à Sacramentis veteris legis, quae non causabant in suscipiente veram animae sanctitatem, quod solum per gratiam habituale, & sanctificantem habetur, sed tantum legale, & imperfectam; unde significatio gratiae in sacramentis veteris legis erat purè speculativa, ideòque Concil. Florentinam in litteris unionis, assignando differentiam inter nostras, & vetera sacramenta, veteribus solum tribuit gratiae significationem, illis nempe, quae nobis conferenda erant per nove legis sacramenta, ex meritis Christi; nostris vero sacramentis tribuit non tantum ejusdem gratiae significationem, sed etiam causationem; Unde usus Agni Paschalis purè speculative significabat gratiam sanctificantem, quae nobis practice conferretur per Eucharistiae susceptionem, quae in usu Agni Paschalis figurabatur.

8 Rursus per eandem particulam insinuat non tantum innuitur, quod sacramenta nove legis practice significant gratiam, sed etiam modum quo illam conferunt, nempe ex opere operato, ut docet Concil. Trid. sess. 7. can. 2. ubi inquit, sacramenta nove legis gratiam infallibiliter conferre, non ponentibus obicem; per hoc enim innuitur, quod non conferunt gratiam per modum meritis, aut actionis meritoriae, sicut etiam elemosinae propter Deum conferunt gratiam eam danti, si sit in statu gratiae sanctificatae, sed conferunt ex opere operato, id est, virtute sua, & ex meritis exhibitis passionis Christi Domini, ideòque ex parte suscipientis alium non requiritur, quam quod obicit peccati non ponat; unde baptisimus collatus infanti male moraliter, nempe ob aliquem malum finem, conferret gratiam, hoc non obstante ex parte ministrantis, quia nullus resistitur obex ex parte suscipientis; baptisimus enim vim conferendi

gratia habet ex propria institutione, & ex meritis Christi, non vero ex meritis operantis, seu ministrantis illud conferentis; & ideò per hanc particulam distinguitur sacramentum à quibusdam quae significationem à Deo instituta ad gratiam conferendam ex opere operato, de quo vide Scot. d. 4. q. 6. K. & infra q. 2. ar. 4. ubi declarat, quid sit obtinere gratiam ex opere operantis, & ex opere operato.

9 Quarto dicitur, signum efficaciter gratiam significans, pro quo notandum est, gratiam, vel sanctitatem esse duplicem, nam perfectam, & internam, quae est idem, quod gratia habitus, & iustificans; alteram legalem, & imperfectam, quae nihil aliud est, quam consecratio ad divinum cultum; unde legalis sanctitas erat, quam antiqua Sacramenta suscipientibus conferbant, v. g. consignatio personae in veram religionem signans, & distinguens illam ab aliis falsis Religionibus; erat etiam in se, quae ex merito, ac materiali corporis characterem viros vere Religionis constituat, & consecrabit. Est autem difficultas, quam fere tractant Recentiores, an de ratione Sacramenti, ut sit, sit esse signum practicum, & causativum verae sanctitatis, & gratiae. Negant quamplures, quia sacramenta antiqua erant propria, & vera sacramenta secundum communionem, & tamen non causabant gratiam, aut perfectam animae sanctitatem, licet illam significarent, & figurarent eandem per passionem Christi, & causarent, etiam si iam imperfectam sanctitatem legalem; Quare dicunt, de ratione Sacramenti, ut sit, solum esse, quod sit signum practicum alicuius sanctitatis, sive perfectae, sive imperfectae, perfectae quidem, quales est illa, quae conferretur per Sacramenta nove legis; imperfectae vero, quales erant ea, quae conferretur per Sacramenta vetera; ex quo tandem deducunt, ad eamquam rationem Sacramenti tam nostris, quam antiquis communem, conferretur tum ex relatione signi perfectae sanctitatis, tum ex relatione causae alicuius saltem imperfectae sanctitatis. Hinc ulterius inferunt, rationem Sacramenti univocam esse respectu Sacramentorum veteris, & nove legis; quia ad rationem Sacramenti solum requiritur, quod sit exterminus facta significans, & efficiens aliquam sanctitatem; sed in hoc univocè conveniunt Sacramenta nova, & vetera, utraque enim significant gratiam iustificantem; Sacramenta nova efficiendo illam, Sacramenta vetera solum significando eam; Rursus utraque sunt causae sanctitatis, quamvis enim vetera sanctitatem veram non efficiant, sicut nova; tamen sicut nova sunt causae verae sanctitatis, ita & vetera equaliter, & univocè erant causae fidei sanctitatis imperfectae; ergo etiam univocè conveniunt in ratione Sacramenti. Ita communiter Recent. quam opinionem ex nostris sequitur Rada loc. cit.

10 Alii vero docent, de ratione Sacramenti esse, non solum significare, sed etiam efficiere veram gratiam, & sanctitatem, qualem solum conferunt Sacramenta nove legis; unde consequenter negant, rationem Sacramenti esse univocam respectu Sacramentorum nova, & veteris legis; quia sanctitati perfectae, & imperfectae, quam significant, nihil potest assignari commune univocum, & proinde neque ipsis Sacramentis, ita Caspensis s. 1. sect. 3. & alii; & hanc sententiam communiter sequuntur Scotus, quia iuxta definitionem Sacramenti à Scoto traditam de ratione Sacramenti est, non tantum significare, sed etiam efficiere veram gratiam, & sanctitatem ex opere operato; hoc autem modo Sacramenta tantum nove legis rationem Sacramenti habent, non autem veteris legis, quae non causant veram; & propriam sanctitatem, sed tantum impropiam, figurativam, & umbrailem; & si causant interdum veram, & propriam sanctitatem, hoc non faciunt ex vi propria, sed ex opere operato, sed tantum ex opere operantis, sola circummissione excepta, quam vult Doct. verum contulisse sanctitatem ex opere operato inferius dicemus; & hoc quidem opinio satis probabilis est, ut patebit infra q. 2. num. 35.

11 Hae tamen difficultates, cum adeò prolixè Recentiores tractant, breviter dissolvi potest duobus praenotatis. Primum est, Sacramentum sumi posse tripliciter, ut colligitur ex Scoto 4. d. 1. q. 3. art. 4. primo communiter, & impropiè, quo modo importat quicquid aliquo modo rem factam significat, in qua significatione purificationes, & oblationes antiquae legis, genuflexiones, & prostrationes, & similia facta signa dici poterant Sacramenta; Deinde propriè, quo pacto de ratione Sacramenti est, esse rei factae signum; ita quod res illa facta, quam significat, sit quaedam sanctificatio in homine causata, illa sit perfectae, sive imperfectae, modo iam explicato. Tertio tandem modo Sacramentum sumi potest propriissimè, & est, quod veram, & propriam sanctitatem significat, & causat, quo pacto hic sumitur, & definitur à Scoto. Alterum notandum est, fuisse in veteri lege, nec non in lege naturali Sacramentum aliquod propriissimè dictum contra originale peccatum; ut erat protestatio fidei parentum pro parvulis in lege natura, & Circumcisio in lege Moysi, licet ad hoc essent imperfectiora, quia non tantam gratiam, & sanctitatem conferbant, ut confert Baptisimus in lege nova.

12 Quo praenotato dici potest, quod loquendo de Sacramentis in veteri lege, quae conferbant gratiam sanctificantem ex opere operato, indubie Sacramenta nove legis univocè conveniunt cum illis in ratione Sacramenti, etiam propriissimè sumpti, à Scoto descriptum

ptum est, quod omnes fatentur tali Sacramenta in lege veteri admittentes, loquendo vero de aliis Sacramentis, quae solum gratiam legalem conferbant, aut etiam sanctificantem ex opere operantis, non autem ex opere operato, non conveniunt cum illis univocè in ratione Sacramenti propriissimè sumpti, quae descriptam est; sed in ratione Sacramenti propriè sumpti, & in conceptu magis transcendenti; ad rationem enim Sacramenti ita sumpti solum requiritur, quod sit exterminus facta significans, & efficiens aliquam sanctitatem, sive exterminam, sive internam, sive perfectam, sive imperfectam; & hoc solum probant rationes primae opinionis. Neque oppositum convincunt rationes oppositae sententiae, sed tantum ostendunt, talem univocationem non esse perfectam, & completam, sed imperfectam, & cum analogia admixtam, quae in nostris principijs stat cum univocatione, ut constat ex dictis in locis, ubi diximus, substantiam, & accidens in conceptu entis univocè analogie convenire, quamvis substantia sit ens longe perfectius accidente; Et quamvis etiam concederemus, sanctitatem perfectam, & imperfectam in conceptu sanctitatis, ut sic, univocè convenire non possent, sed tantum equivocè analogie, adhuc neganda est consequentia, quia quemadmodum est sub substantia, & accidens univocè non conveniunt in conceptu entis; tamen causae substantiae, & accidentis adhuc univocè convenire possunt in conceptu causae; sic etiam quamvis sanctitas veteribus Sacramentis causata esset, equivocè analogie sanctitas cum ea, quae à Sacramentis nove legis causatur, adhuc tamen in ratione causae utraque Sacramenta univocè convenire possunt, quia ratio causae per se hoc solum attenditur, quod sit principium influxus in alium, quod equè in omnibus Sacramentis reperitur, nam novae, quam veteris legis.

13 Addit Doct. gratiam, vel effectum eius grativum, quia in Eucharistia res Sacramenti non est gratia habitus, anima inherens, sed gratia subsistens per se, scilicet, Christus ipse, & ideò, ut utrumque includeret, appositus illam particulam, *vel effectum grativum*, gratia vero inherens non datur, nisi quando hostia recipitur; significat ergo primum Eucharistiae Sacramentum verum Christi Corpus sub speciebus contentum, qui est effectus gratuitus, quae ex gratuita Dei voluntate procedens, & dicitur effectus, non quia tunc de novo fiat, sive esse accipiat, sed quia fit de novo praesens illius speciebus per substantiationem panis in ipsum, quod est opus divinae gratiae.

14 Quinto dicitur Sacramentum, signum à Deo institutum, sed ex divina institutione, quia non est signum naturale gratiae, sicut ignis ignis, sed voluntarium, & ad placitum; & ratio est, quia nulla res creata ex sui natura habet, quod possit esse gratiae significativa; gratia enim non solum non potest ab agente naturali produci, sed neque ejus possibilitas innotescere potest, nisi per fidem; ergo Sacramentum esse nequit signum naturale gratiae, sed solum ad placitum, & ex Dei instituto, assumptum patet; cum enim gratia sit virtus divina, nec participat, nec participari, nec creatura ex natura sua habet virtutem illam producendam, sed solus Deus; consequentia vero probatur, quia signum practicum importat exercitium causalitatem terminum significati; Cum igitur solus Dei sit causae gratiam, & sanctitatem, solius Dei esse instituitur practicum signum ejusdem sanctitatis. Imò Sacramentum naturale esse non potest signum gratiae practicum, & sciendi naturalem, sed nec etiam signum speculativum, & cognoscendum, quia tale signum est illud, quod sumus duce, & ex seipso ducit in cognitionem alterius, sicut cum sumus respectu ignis, auctora respectu diei; ac Sacramenta, quae sunt sensibilia, & materialia, nequeunt nos ducere in cognitionem rei spiritualis, & praesentis in supernaturalem. Unde neque placet, quod inquit Cardinal. de Lugo disp. 1. sect. 3. quod est de facto Sacramenta sint signa ad placitum sanctitatis, & ex divina institutione; loquendo tamen de possibili, nulla apparet repugnantia, ut res aliqua sensibilis propter connexionem, quam habet cum gratia, poterit naturaliter significare gratiam.

15 Hoc, inquam, non placet, quia signum naturale naturalem habet, & necessarium cum termino significato connexionem; nulla autem res sensibilis talem necessariam connexionem cum gratia habere posse videtur, quoniam omnis naturalis connectio aut est causae cum effectu, aut effectus cum causa, aut imaginis cum prototypo, at nulla res sensibilis esse potest naturalis causa, aut effectus, vel imago gratiae; hoc duo posteriora patet; primum probatur, quia causa naturalis debet naturaliter continere effectum, nulla vero res sensibilis potest naturaliter continere gratiam, quae est specialissima divinae naturae participatio, ut supra dictum; ergo nec de facto, nec de possibili Sacramenta esse possunt signa naturalia gratiae; sed tantum ad placitum, & ex divino instituto. Quamvis autem Sacramenta effectum suum naturaliter non significant, adhuc tamen in eis potest considerari similitudo aliqua, & proportio ad rem significantam; unde quamvis sit signum ad placitum, & voluntarium, non tamen est ex eis voluntarium, quae nullam habent proportionem cum re, quam significant, ut ramus vivens; etenim ablucio corporis in baptisimo figurat internam iamque ablucionem per gratiam à fordibus, & maculis peccati;

manducatio in Eucharistia figurat vitam animae refectionem per gratiam, & sic in aliis Sacramentis. Hae tamen naturals proportio, & similitudo in significando, & representando minime impedit, quin adhuc Sacram. simpliciter sit dicenda significatio est divina institutione, nam adhuc eorum Sacramenta significatio est ex divino beneplacito, & institutione, siquidem Sacram. significatio est, ut verè conferat talem effectum, quod utique ex sui natura non habent, neque impositione humana, sed tantum ex ordinatione divina. Hae tamen quaecumque naturals similitudo, & proportio non fuit in rigore de necessitate, & essentia Sacram. ut nonnulli dixerunt, sed tantum de congruitate prudentis, & convenientis institutionis, quatenus Deus, qui per sensibilia hominem ad intelligibilia ducit, ita Sacramenta aptare, & institueret, debuit, ut facile esset homini eorum naturas, & munera capere, & exinde eorum usum adentibus frequentare.

16 Sexto tandem dicitur ordinatum ad salutem hominis viatoris, ut explicaretur causa finalis hujus institutionis, & indicaretur simul, Sacram. esse institutum communis, & universalis lege ad usum hominum, & totius humani generis, & non pro certa aliqua persona, & in privato aliquo, & peculiari casu; Et ratio est, quia Sacram. tradita sunt Ecclesiae in communem fideliu utilitatem, & omnium salutem, atque ideò institui debuerunt lege communis. Ex quo fit, verba illa Christi ad Magdalenam Luca 7. *Remittitur tibi peccata tua*, & illa Joann. 2. quando infans in Apostolos dixit, *Accipite spiritum sanctum*, non fuisse Sacram. quumvis fuerint signa rei factae, scilicet, gratiae à Christo Domino instituta ad sanctificationem, eo quia non fuerunt ab eo instituta, neque ut caeremoniae frequentandae, continuandae, & permanentes in Ecclesia, neque in beneficium totius Ecclesiae, & ad usum communis fidelium; sed fuerunt particularia opera, & signa in quibusdam certis casibus, & in beneficium singulatum personarum. Et ideò non veniunt sub nomine Sacram. prout hic sumitur, scilicet, pro signo stabiliter instituto in beneficium Eccl. & communem fidelium utilitatem.

17 Itaque ex dictis satis clarè constat, definitionem Sacramenti à Scoto traditam esse optimam, & aliis omnibus preferendam, quam proinde Joannes Echius homil. 4. de Sacramentis ceteris praefert; Nam ex communi omnium sensu tria ad essentiam Sacra spectare dicuntur; Primum, ut sit signum sensibile; Secundo, ut significet sanctitatem, & iustitiam ex Dei institutione; Tertio, ut eandem efficiat; hinc passim docent Theologi, Sacramentum esse signum practicum, quia non tantum significat, sed etiam efficit, quod significat; Sed haec tria explicantur, & copulantur in alia definitione, ut constat ex eius declaratione. Confirmatur quia haec definitio habet verum genus, & differentiam; & quaedam addita, quae semper in definitione relativorum poni debent, cum eorum definitio non sit purè quidditativa, sed per additamentum data; ergo est bona definitio, probatur assumptum, nam signum penitur genus quod pertinet ad relationem, praesertim differentia est ex institutione divina efficaciter significans; Et quia in definitione relativi ponitur fundamentum, & correlativum, tanquam addita, sic in hac definitione Sacramenti, quod pro formalis relatione importat, ponitur sensibile pro fundamento, seu subiecto relationis; gratia, vel effectus grativus pro correlativo, seu termino illius signi, quod est Sacramentum; additur tandem, quod fit ordinatum ad salutem hominis viatoris, ut indicaretur finis, & modus, quotalis Sacramentorum institutio facta est, ut explicatum est, ergo nil deest ut haec definitio sit vera, & propria, ac omnibus numeris absoluta, eo modo quo Sacramentum definiti potest. Ex hac etiam definitione constat, quenam importentur intrinsicè, & in rebus à Sacramento, & quae extrinsecè, & in obliquo; nam intrinsicè, & in rebus importatur illa, quae tenent locum generis, & differentiae, nimirum signum, quod ponitur, ut genus ex institutione, & efficaciter significans, quod ponitur, ut differentia; cetera vero, quae ponuntur, ut addita, nimirum sensibile, seu fundamentum in talis relationis, gratia vero, vel effectus Dei grativus, ut correlativum, importantur extrinsecè, & in obliquo, ut indicat Doct. loc. cit. 1. quo modo verò, & in quo sensu materia, & forma dicantur partes intrinsicè Sacramenti, dicemus inferius, & cum hac definitione sic explicata coincident alia supra relata ab initio articuli, quam ex nostris adhuc ponemus dissp. 1. q. 1. & per eam suppletur possunt definitiones ab aliis alatae, si in aliquo deficiente videantur.

ARTICULUS SECUNDUS. Solvuntur Objectiones.

18 In oppositum obicitur. Primum quod Sacramentum non sit definitum, quia definitio non est, nisi eius, quod est per se unum, 7. Met. 16. quod enim est unum tantum per accidens, non potest unam habere definitionem, quia definitio explicare debet essentiam rei, quare si res non est una, sed plures, quales est unum per accidens, plures habebit essentias, & sic non poterit

una ratione definitur, at Sacramentum non videtur esse per se unum, cum sit aggregatum ex multis diversorum generum, ut ex verbis & elementis, quorum unum est permanens, & aliud successivum, ex quibus non fieri potest aliquid per se unum, ergo &c. qua ratione Oham, Major, Ricardus, & alii Nominales dixerunt, Sacramentum propriè definiti non posse.

Respondent Recentes communitè, quòd licet Sacramentum physicè inspicitur non sit unum ens per se, ut probat allata ratio; si tamen moraliter consideretur, ut à Theologo considerari debet, esse ens morale per se unum, quia est unum medium, five unum instrumentum ad homines iustificandos; dicitur itaque, esse unum ens morale, vel artificiale, quo pacto exercitur, & oratio unum ens dicitur, quæ unitas sufficit, ut Sacramentum aliquo modo definiti possit, vel describitur. Verùm hæc solutio difficultatem tollere non videtur, quia, cum hic quaeritur, an Sacramentum definiti possit, non est sermo de definitione, quocumque modo sumptæ; sic enim nulli dubium est, quòd quicquid, aliquo modo concipi potest, potest etiam describi; sed difficultas est de definitione proprie sumptæ, & in rigore philosophico, quo pacto definitio ex Arist. citat, est solam ens realis, quod est unum per se; Et in hoc etiam sensu inquit Doctor, Sacramentum definiti posse, licet enim unam accidens esse in pluribus subiectis, nihilominus illud esse proprie definitibile, sicut alio accedens, quia illa plura non pertinent per se ad rationem accedentis, sed tanquàm additamenta in definitione autem Sacramenti allata, patet, quòd illud, quod dicitur sensibile, ponitur respectu signi, sicut additum, ergo quantumcumque in illo non sit unitas; dicit tamen alia, quæ pertinent ad rationem fore malem Sacramenti, non impediunt unitatè per se non propter hoc Sacramentum erit non proprie definitibile, quia pluralitas, de qua agitur, est illorum, quæ concurrent in sensibili signante fundamentum illius relationis formali, quæ importat Sacramentum.

19 Respondetur ergo melius cum Doctore, quòd Sacramentum potest sumi dupliciter, uno modo pro materiali, five pro denominato; alio modo pro formali, seu pro se significato; primo modo Sacramentum non est per se unum, quia aggregat multa diversorum generum, ut baptismus verba, & ablutioem, & sic non est definitibile definitione proprie dicta, quæ ablutioem, quia res, & verba non faciunt unum per se unitatem ens per se definitibile, sed sunt unum unitate aggregationis, vel ordinis tantum; at secundo modo, se licet, pro formali non est nisi respectus signi ad signatum, & sic importat aliquid per se unum, atque ideo propria definitione definitibile, pluralitas enim quæcumque subiecti in se, vel correlativi ad correlativum, non prohibet, relationem esse definitibilem simpliciter, quoniam subiectum; seu fundamentum, & terminus relationis non ingrediuntur eius definitionem, ut patet intrinsecè, sed velut additamenta; sic paternitas est relatio, & fundatur in parte, & terminatur ad filium, quæ sunt plura, & non unum, & tamen ipsa est ens unum, & definitur definitione proprie dicta; ita ergo in proposito, cum Sacramentum sit relatio signi ad signatum, erit per se unum, & poterit proprie definiti, licet subiectum, & terminus sint entia diversa, & iniuncta simul faciunt unum per accidens.

20 Dicitur, relatio non est per se una, nisi propter fundamenti unitatem; at relatio Sacramenti non habet fundamentum per se unum, nam sensibile, quod est fundamentum talis relationis, plura includit diversè generis, quæ non faciunt unum per se, ut offendit argumentum; ergo necque ipsa relatio erit per se una.

Respondet Doctor in solutione ad 1. principale, quòd est fortè id verum esse de relationibus reals, de quibus est dubium, quia forte in multis una nam trahentibus est una relatio trahenti ad unum tractum; tamen in relationibus rationis in proposito est manifestè falsa, quia quantumcumque diversa possunt convertere in fundamentum relationis unius, non enim oportet, nisi quod multati ibi concipiatur, quæ nisi in ordine ad aliud signatum; & quod explicat exemplo signi tabernæ, nam huius relationis unius, quæ est significatio vini venalis, bene potest esse fundamentum totum istud, scilicet, vitæculæ cooperis solis, hedere in Cruce positus; ita etiam multa orationes contentæ, vel una dictio ex multis syllabis, quæ nihil unum per se faciunt, sunt fundamentum unius relationis, scilicet significatio unius rei significatæ; & ratio est, quia huiusmodi relatio rationis, nempe significatio, non pendet ex natura fundamenti in se, sed ut assumptum est à voluntate primi instituentis ad aliud significandum.

21 Ceterum hanc Securi doctrinam, & solutionem Recentes impugnant, quia ad rationem, & essentiam Sacramenti sola significatio non pertinet, five signum esse ex institutione divina; sed etiam ipsa res sensibilis, quæ substantia quadam est, & facit unum per accidens cum signo, five significatione; ergo hæc Scoti doctrina, & solutio non sufficit; assumptum probant, quia si Sacramenti essentia in illa tantum relatione consisteret signi ad signatum, tunc res sensibilis non esset pars intrinsecæ Sacramenti, sed tantum eius subiectum, ac Ecclesiæ, Patres, & Concilia docent, Sacramentum consistere ex rebus, & verbis, & illas esse materiam, ista vero formam; materia, & forma verè pertinent ad essentiam

rei, cuius sunt partes, ergo Sacramentum non est ita proprie definitibile, sicut ait Scot. sed tanquam unum per se ens morale, vel artificiale.

22 Respondetur huius replicæ solutionem exactam pendere ex dicendis infra, interim est ex Doctore notandum 4. dist. 3. quest. 2. sic primò, quòd proprie loquendo de forma, prout est altera pars compositi forma Sacramenti est ipsa relatio signi, quæ formaliter est tale Sacramentum, & materia est totum fundamentum ipsius relationis; verumtamen si in fundamento isto sint plura, ex quibus aliquo modo fit unum Sacramentum, quæ non omnino æqualiter se habent, sed alterum sit quasi prævium, & determinabile; alterum sit quasi posterior, & determinabile præcedens; primum potest dici quasi materia per quandam similitudinem ad materiam, & alterum in forma, materia enim est præcedens secundum originem, & determinari, forma autem sequi, & determinari. Itaque essentia rei potest sumi dupliciter, vel pro eo quòd præcisè importat conceptus rei quidditative ex genere, & differentia constans, vel pro eo, quòd importat conceptus rei non tantum quidditativus, sed etiam queritativus, quem intrant non tantum quidditas, & differentia, sed etiam aliquid aliud extrinsecum per modum additi, primo modo ad essentiam relationis, verbi gratia paternitatis non pertinent extrema, scilicet, pater, & filius, sed tantum genus, & differentia; secundo modo pertinent etiam extrema, nimirum ad rationem paternitatis integram, completam, & quietantem intellectum, qui non quiescit, si in explicatione, vel expressione relationis non ponatur extrema, inter quæ versatur; ita in Sacramento ratio eius formalis, & purè quidditativa est ratio signi ad signatum; at non est queritativa, nisi quoque per modum additi interveniant fundamentum, quòd est res sensibilis, & gratia, quæ est terminus; & in hoc sensu dicunt Concilia, & Patres Sacramentum consistere ex rebus, & verbis, quia eorum quietativum conceptum assequi non possumus, nisi hæc quoque interveniant per modum additi, ut tuis quest. seq. hoc verò non impedit unitatem Sacramenti pro formali sumpti, & pro per se significato, hoc enim modo inspecto semper est per se unum, etiam si sumptum pro materiali, & denominato hanc unitatem rigorosam non habet, sed tantum morale, & artificialem.

Secunda Obiectio.

23 Secundo obicitur, quia in allata definitione includitur aliquid, quòd dicitur ens rationis, scilicet, hoc, quòd est esse signum ex institutione, nam ut inquit Scotus sub. Huius relatio signi non consistit in fundamentum ex natura rei, quia est in re sit aptitudo ad significandum effectum signatum; tamen actualis significatio non convenit sibi nisi per actum imponentis; quia ratione inquit Doctor ibidem, quòd restringendo definitionem ad quid proprie dictum extram animam, definitio data non est ita propria, sicut ratio entis completi extram animam, sed eo modo, quòd definitio exprimit unum conceptum per se in intellectu, five ille conceptus sit res extræ, five rationis, suo modo tantum, & non aliter definiunt intentiones logicales, non enim significant quidditates extræ animam, sed tantum modo conceptus in anima, sed per se uno, quæ definitio sufficit ad scientiam proprie dictam. At flante hæc doctrina sequitur omnia Sacramenta esse entia rationis, quòd est falsum, nam Sacramenta esse debent res aliqua reals, nempe cetera exteriora, & sensibilia, & consequenter ens reale.

Confirmatur, quia si ratio signi ad platum, & ex institutione est ens rationis, cum nihil reale ponatur in aliqua re ex eo, quòd ex voluntate alicuius ad aliud significandum instituitur, sicut nihil reale ponitur in radio vitæ, per hoc, quòd instituitur ad significandum vinum venale; sequitur Sacramentum formaliter non esse à parte rei, sed solum per intellectum, & per consequens nullo considerante intellectu, non esse in Ecclesiæ Sacramentum aliud quòd.

24 Respondetur, non deesse Theologos concedentes Sacramentum formaliter, hoc est; quantum ad significationem esse ens rationis, & ita præsertim loquitur Vasquez dist. 128. cap. 4. Sed planè nec oportet, nec expedit huiusmodi mysteria per relationes rationis à mente confictas explicare, & quæ in re non sunt, sed ab intellectu finguntur; Sed potius explicari debent per denominationes extrinsecas, quas jam diximus dist. 3. Log. quest. 2. non esse entia rationis formaliter, quia dantur à parte rei citrà quodcumque opus intellectus, sicut à parte rei dantur terminationes reatum habitudinum, quas forma quadam ad ipsa præferunt; sic enim verè Deus dicitur à parte rei creator per extrinsecam terminationem dependentem realis creature ad ipsum ex Scoto 1. dist. 30. q. 2. ad ult. & partes à parte rei dicitur verè, & realiter visus à visione in oculo essente, pro ly realiter determinat inherenter, & non inhærens, ut ibidem explicat Doctor; propterea dicitur ab eodem, quòd denominationes omnes extrinsecæ, five physice, five morales, licet entia reals dici non possint, quia nihil reale intrinsecè ponunt in re denominata, dici tamen possunt ac debent

deno-

denominationes reals; nec dici possunt entia rationis, nisi materialiter, & fundamentaliter, quatenus nimirum ab intellectu concipi possunt per modum forme reals intrinsecè subiectum denominationis, ut esse visum in pariete per modum relationis correspondentis visioni activæ.

25 Ità igitur in proposito, sacramentalis significatio dici debet formaliter consistere in extrinsecæ denominatione ex divina ordinatione, & institutione desumpta, quæ quidem denominatio vera, & realis est, & ex reali forma desumpta, nec ab intellectu fingitur, sed prout verificatur in re, ab eo cognoscitur, & concipitur. Verum tamen est, quòd ex imperfecte intellectus nostri concipitur interdum ad modum veri entis, hoc est, tanquam relatio existens in ipsa re denominata, quo pacto illa denominatio extrinsecæ dicitur accipere esse rationis formaliter ab Intellectu, quia talis relatio est opus rationis; Hinc tamen non bene inferitur, Sacramentum nõ esse à parte rei formaliter, sed solum per intellectum; nam etiam partes nullo fingente intellectu realiter est à me visus, & tamen si agnoscere volumus, & concipere, quòd esse visum in pariete, ex imperfecte nostri intellectus id facere solemus conceptu, & relatione rationis. Ratio igitur signi in Sacramento est aliquid morale, quia pendet solum ex institutione, & ordinatione divina, quemadmodum regia dignitas, gradus doctoratus, & alia huiusmodi dicuntur entia moralia, quia ex institutione humana pendunt; verò hæc ratio signi physice consideretur, & pro fundamentum proximo relationis signi, quam intellectus fabricat, est vera, & realis extrinsecæ denominatio ab institutione divina derivata, & per consequens est quid reale extrinsecum, ut esse visum in pariete. Quare est Sacramentum, si formaliter, & præcisè sumatur pro ratione signi, seu respectu rationis, sic est rationis, nec datur à parte rei, sed solum per intellectum, tamen si sumatur, vel pro re substracta, quæ Sacramentum denominatur, vel per extrinsecæ denominatione ab institutione divina proveniente, non pertinet ad intellectum, sed verè datur à parte rei; ex qua doctrina satis patet, quid sit dicendum ad argumentum 8. & eius confirmationem, quam non solum Scotus, sed omnes amplectuntur, ut Scoti germanam, & veram, fed etiam Recentes omnes.

26 Verum hæc doctrina, quantumvis communiter recepta, Brancato nostro non placet in 4. dist. 1. art. 3. ubi ad magis salvandum Sacramentorum realitatem, contendit, relationem signi à Sacramento importatam esse relationem realem ad predicamentum habitus spectantem; unde vult, res, & verba sacramentalia, ut à divina voluntate ad significandum assumptam, non tantum dicere denominationem extrinsecam, sed ulterius esse vi assumptionis illius in surgere in eis relationem aliquam non purè rationis, sed realem formaliter, & obiectivè, & solum causaliter rationis, quatenus ratio est causa, sicut insurgat; sic vult approximativè est ratio fundandi actionem; sic intellectus, five voluntas ratio fundandi, esse occasio istius relationis, quæ in Sacramento dicitur signum.

27 Hoc autem probat ibidem, quia nullo intellectu cogitante Sacramentum est completè Sacramentum, ergo habet suam rationem formalem absque fictione, & conceptione rei aliter, quàm sit; Tum quia non alia ratione Scotus, & alii tuerentur, relationem signi esse rationis, nisi quia insurgit ex actu intellectus, & voluntatis divinæ influentibus, res, & verba in signum; sed hæc ratio non convincit, si enim convinceret per hoc volitò, & denominatò, convinceret pro omnibus, & sic ratio domini ad servum, relatio potestatis, & jurisdictionis, essent mera entia rationis; imò suprema potestas, quæ sub Deo est, scilicet, Pontificia esset ens rationis, proindeque cum à Christo dictum fuit Petro: *Pasce oves meas*; quæ data sua vicaria potestas, nihil collatum fuit Petro, & successores eius, nisi ens rationis; quia ratione entis tenet, ex quo libet humano contractu, voto, donatione &c. reales insurgere relationes. Nec valet dicere, potestatem, & jurisdictionem esse quid morale, id est, secundum existimationem. Nam tunc in habentibus eam, aliud non erit potestas, & jurisdictionis, nisi existimati talis ab homine cum fundamento, ut ei non obediatur, nisi ei injuria, realiter tamen, & positivè non importabit aliud reale absolutum, vel relativum. Tum quia fundamentum talis existimationis debet esse aliud reale in Reges, si enim petatur, quid fuit, David esse Regem, & quid fuit in eo Regia potestas, si dicas, fuit, Deum velle, & David esse talem, ut omnes Israeliti illi obedi rent, quæ mandata facerent. Certè, inquit, hoc totum conceditur, sed nihil habet David ex illa voluntate Dei, per quòd realiter denominatur Rex; fundamentum ergo Regie potestatis est voluntas facientis, & formæ denominans est quòd realitatem ex tali voluntate, dicta potestas regia; & concludit nullatenus adduci posse, ut concedat, omnes potestates, ac jurisdictiones, & domnia nil aliud importare præter existimationem extrinsecam; aliter hoc eodem fundamento omnes relationes predicamentales, quæ magis infinitum habent fundamentum, è medio tolli deberent.

28 Hæc tamen doctrina singularis est, & nova, atque ideo ex hoc solo capite rejicienda; omnes enim docent, potestatem, jurisdictionem, regiam dignitatem, ipsam quoque Pontificiam, ac quamlibet aliam creatam, non nisi entia moralia importare, quia pen-

Meld. in Quart. Sentent.

dent ex institutione humana, vel divina; quæ quidem denotationes, & ordinationes, licet sint extrinsecæ rei denominatæ, & nihil reale physicum in ipsis ponant, adhuc tamen reals sunt, & non pura entia rationis, cum non distinguantur reipsa à formis reals, ex quibus exurgunt; Unde fundamentum regie potestatis in Davide, & communis existimationis, quæ tenebatur talis à Subditis, non fuit voluntas ipsius, sed voluntas Dei illum in Regem instituentis, quæ quidem denominatio, & ordinatio, licet nihil reale physicum poneret in Davide, realiter tamen erat, cum sit ipsa voluntas institutoris denominans David Regem, quæ quamdiu revocata non esset, censetur realiter permanere, & consequenter David esse realiter moraliter Regem, nam esse moraliter tale est esse æquivalenter tale; & ens morale absque abusu dici potest ens reale, quia licet non importet, vel ponat aliquid reale physicum, & intrinsecum in re denominata, ponit tamen aliquid reale extrinsecum, terminationem nempe alicuius actus realis præter quodcumque opus intellectus. Quod adhuc magis patet ex aliis moralibus denominationibus, ex aliis contractibus humanis resultantibus; quæ enim dicat, ex voto aliquem promovendum ad gradum doctoratus, in illo resultat relationem realem; & ex mutuo consensu uxoris, & femina resultat in ipsis reals relationes mariti, & uxoris; Quod autem dicebat Auctor ille, hoc eodem fundamento tolli posse omnes relationes predicamentales, quæ magis infinitum habent fundamentum, hoc planè gratis omnino dicitur; nam relatio similitudinis inter duo alba oritur necessario, & ex natura rei, & facta approximatione inter agens, & passum oriuntur necessario relationes actionis, & passionis, & sic de aliis relationibus predicamentibus; at relatio domini in Rege, Doctoris in laurore, mariti, & uxoris in matre, & femina, oriuntur non ex natura rei, sed actu voluntatis eligentis, vel contractantis; & in proposito relatio signi ad signatum, quæ in Sacramento adstruitur, oritur ex actu divinæ voluntatis.

29 Respondet Brancatus art. 3. in 4. quòd actus divinæ voluntatis in statuendo Sacramentum non facit aliquid ens simile entis rationis, ut facit intellectus nosster, sed vult, quòd est volibile; ex hoc autem actu insurgere potest relatio realis; & sic hic præcisè actus cognoscendi est causa, cur obiectum dicatur realiter denominationem cogniti ad intellectum, & voliti ad voluntatem, cur non potest esse causa relationis ad aliud, si illud obiectum sit ad aliud volitum? Sed hoc rursus mihi novum est, ut actus cognoscendi resultat in obiecto cognito relationem realem cogniti ad intellectum, & ex actu volendi relationem realem voliti ad voluntatem; nam semper audivi, & in schola nostra, & in quacumque alia, cognitionem, & volitum in obiecto non importare, nisi puras denominationes extrinsecas in obiecto derelictas ex terminatione actum cognoscendi, & volendi; sicut esse visum in pariete non importat, nisi meram extrinsecam denominationem in eo derelictam ex terminatione actus videndi.

30 Non ergo recedendum est à communi modo defendendi, & explicandi realitatem Sacramentorum per denominationes extrinsecas reals, ac dicendum, quòd relatio signi in Sacramento non est pura relatio rationis, sed extrinsecæ denominationis desumpta à voluntate institutoris, ordinantis talem rem ad tale significationem; quæ denominationis licet sit rei denominatione extrinsecæ, nihil physicum in eo extrinsecum ponat, realiter tamen est, cum sit ipsa realis voluntas institutoris, denominans moraliter Sacramentum per ordinè ad terminum, ad quem significandum assumitur. Imò totum hoc, quòd Sacramentum importat, aded reale est, ut concipi, & explicari possit à nobis absolute loquendo sine ullo ente rationis, ut notat Card. de Lugo dist. 1. sect. 3. licet enim nos possimus pro libito fingere illas relationes, & respectus intrinsecos cum fundamentum in rebus, regulariter tamen non fingimus, sed concipimus illas denominationes, seu formas denominantes, prout re vera sunt in seipsis, & extrinsecas rebus denominatis; neque enim quoties dicimus, parietem videri, concipimus, vel fingimus in pariete aliquid extrinsecum, per quòd sit visus, sed concipimus visionem ad parietem terminatam, & parietem terminantem actum visionis; sic igitur in proposito, quando concipimus Sacramentum esse signum gratiæ, non concipimus, vel fingimus aliquid in Sacramento intrinsecum, sed concipimus institutionem Dei, Sacramentò extrinsecum, à qua denominatur extrinsecè Sacramentum signum gratiæ.

31 Potest ergo tota realis Sacramentorum salvari absque eo, quòd dicamus relationem signi importare aliquam relationem realem in Sacramento, ex institutione Dei resultantem, & predicamentum habitus pertinentem; Tum quia talis relatio realis est omnino chimerica, & commentitia; alioquin idem dicere deberemus de quacumque alia denominatione morali ex quoque humano contractu resultantem, quòd realem importaret relationem; quòd licet hic Auctor ultra concedat ad consequenter loquendum, alii tamen non ita facile concedent. Tum quia quando etiam hanc relationem signi ad signatum in Sacramento dicemus esse realem, adhuc ad predicamentum habitus spectare non debet, ut inquit ille, sed potius ad predicamentum actionis, vel relationis, liquidem cum Sacramentum sit signum gratiæ prædicum,

A 3 & cau-

& causativum coincidunt ibi ratio signi, & causa. Tum denique...

Tertia Obiectio.

32. Tertio obicitur, quia in allata definitione sacramentum...

Confirmatur, quia si sermo hic esset de solis sacramentis...

Respondetur, aliqui negando sacramenta veteris legis...

33. Communis tamen sententia est, etiam sacramenta veteris...

34. Respondetur itaque, negando antecedens, quia ex dictis...

assignate, sed satis fuit illam adducere, quae communis erat...

35. Imo simpliciter, & absolute loquendo melius est dicere, de...

36. Ex his deduci potest convenientia, ac differentia veteris...

37. Differunt vero sacramenta novae veteribus, quae in...

38. Ad ultimum negatur assumptum cum eius probatione...

institutione infallibiliter conferentibus, nostra vero sunt signa...

Quarta Obiectio.

38. Quarto obicitur, quia allata definitio convenit illis de...

Respondetur, Augustinum Epistolam 23 ad Bonifacium...

41. Per statum legis naturae intelligitur status hominum...

39. Ad probationem dicendum, excludit martyrium...

40. Ad ultimum negatur assumptum cum eius probatione...

tiem a sorde originalis culpa: ita est contra statum...

Sed obicitur, Augustinum Epistolam 23 ad Bonifacium...

Respondetur, Augustinus loqui non de significatione completa...

QUESTIO SECUNDA.

An in lege naturae, & veteris fuerint sacramenta vera, & propria...

41. Per statum legis naturae intelligitur status hominum...

42. Quoad statum legis naturae concedunt communiter...

43. Sed licet communiter conveniant Doctores, fuisse institutum...